# Stanislaus Lubienski Summo Pontifici

90

Ad cultum et venerationem sanctitatis vrae, numquam quidem animus mihi defuit, sed metus tantae quae SV fulget Majestatis ausus nostros cohibet, ne temere nos ingeramus, curasque SV. quibus totius Orbis Christiani continetur distrahamus. Supplices preces meas deferet ad aures SV. Stanislaus Makowius sacrae regiae maiestatis secretarius annuet. SV votis desideriisque meis, si meos pro Ecclesia Dei qualescunque conatus deinceps suae supremae authoritatis patrocinio fulcire voluerit. Ego certe ingenue profiteor non plus me niti posse, nisi quantum SV. suae paternae indulgentiae fontes in nos derivare sinerit. Humillima mea obsequia aeternum SV. dico addicoque. Dat. Cracoviae ut supra.